

MEMORIAE ARCHIEPISCOPORUM.

Salonitanae ecclesiae ex codice Sac. Cong. de Propaganda, qui
 inscribitur Servia, Albania, Illyricum, Dalmatia, pag. 606.
 (Farlati, Illyricum Sacrum Tom, I. pag. 320).

Sanctus Domnius Archiepiscopus Salonitanus primus.

Garganus Archiep. Salonit. in num. 2.

Symphorius Archiep. Salon. in num. 3.

Hysicius	4	Caesarius	9
Valentius	5	Iustinus	10
Onofrius	6	Glycerius	11
Maximus	7	Honorius	12
Paschasius	8	Ianuarius	13

Hesicius 14. Suo tempore sanctissimus Episcopus
 urbis Romae Zosimus scripsit epistolam, quod Monachi, vel
 Laici, nisi per gradus ecclesiae, non debeant ad summum Sacer-
 dotium pervenire, ut infra sub annis Domini 413.

Savilianus	15	Natalis	23
Stephanus	16	Maximus Schismaticus	24
Honorius	17	Frontinianus	25
Frontinianus	18	Theodorus	26
Petrus	19	Iustinianus	27
Prochlinius	20	Antoninus	28
Honorius	21	Maximus	29
Damianus	22		

Amabilis 30. Suo tempore martyrium suscepit B. Ana-
 stasius sub annis Christi 281. praesidente in Cathedra D. Petri
 B. Marcellino.

Joannes	31	Marinus	38
Georgius	32	Martinus	39
Theodorus	33	Marinus	40
Joannes	34	Theodosius	41
Frontinianus	35	Petrus	42
Joannes	36	Leo	43
Petrus	37	Joannes	44

Hesicius 45. sub annis Christi 413. S. Zosimus Episc.
 Urb. Romae scripsit epistolam, quod Monachi vel Laici, nisi
 per gradus ecclesiae debeant ad summum sacerdotium promo-

veri, & maxime ne in publico bibant, neque potum publice vendant, & alia multa.

Joannes 46.

Petrus 47. Petrus Archiep. Sal. num. 47. anno eius primo fecit exercitum, & praeliavit cum Rege Histrorum, & Salonarum per dies octo, ubi Regem Histrorum necavit, & magnam multitudinem Christianorum. Rex Salonarum quasi mortuus aufugit Salonam, ubi fuit magnus planctus. Totila discessit versus Istriam & Italiam. Ostroilus per Illyriam pervenit Salonam, & omnes inscriptiones Imperatorum, tam Salonae, quam in Palatio Diocletiani delevit, guastando & diripiendo, quia hoc habebat pro magno honore.

Martinus	48	Petrus	56
Forminus	49	Leo	57
Gregorius	50	Ursus	58
Joannes	51	Petrus	59
Vernaculus	52	Georgius	60
Dometi	53	Maximus	61
Theodorus	54	Theodorus	62
Vitalis	55		